

#### 4. PREDSTAVKA KR. AKADEMIJE ZNANOSTI HRVATSKOM SABORU OD 19. SVIBNJA 1790.

Inclyti Domini Status et Ordines!

Dum singulae Communitates Inclitorum horum Regnorum antiqua jura sua, quae sibi adempta vel quoquo modo labefactata sentiunt, medio Iorū SS. et OO. recuperare ac firmare student, aut novas etiam statui suo convenientes praerogativas per eosdem I. SS. et OO. expetunt, par esse existimamus, ut nos quoque opportuno hoc tempore, quo non solum de revehenda pristina libertate, sed etiam de stabiliendo splendore horum Regnorum in Nobilissimo hoc Congressu publicis Consiliis agitur, eam, qua Academia haec Zagabiensis a Divis quondam Regibus Hungariae donata uti potuit, Universitatis praerogativam eidem non tam concedi, quam in usu deduci instemus.

Tametsi quidem Diploma regium, quo hanc praerogativam Zagabiensi Academiae pridem concessam esse palam ostendi posset, in praesens producere nequeamus, quod illud Archivo Literariae Directionis Zagabiensis nunquam illatum sit, sed cum reliquis literariis documentis hujatis Collegii abolitae Societatis Jesu, ut par est credere, per Commissionem Aulicam, quae opere abolitionis tunc occupabatur, compositum atque ad destinatum locum transmissum esse suspicari liceat, adeo tamen indubitatum est, illud reapse extitisse atque Universitatis praerogativam cum aliis privilegiis huic Academiae indultam continuisse, ut eorum virorum, qui tale legerunt quique adhuc vivunt, testimonii facile comprobari possit; sed neque absque fundamento sup-

Slavna gospodo staleži i redovi!

Kad pojedine zajednice ovih slavnih kraljevina posredstvom slavnih staleža i redova nastoje ponovo dobiti i učvrstiti svoja drevna prava koja su im po njihovu mišljenju oduzeta ili na koji god način uzdrmana ili kad preko istih slavnih staleža i redova traže nove povlastice u skladu s njihovim položajem, smatramo opravdanim da u ovaj pogodni čas – kad se u javnom vijećanju na ovom glasovitom saboru raspravlja ne samo o uspostavljanju negdašnje slobode nego i o učvršćivanju ugleda ovih kraljevina – i mi molimo da se onaj sveučilišni privilegij kojim se je ova Zagrebačka akademija, obdarena od blagopokojnih ugarskih kraljeva, mogla služiti, njoj ne toliko dodijeli, koliko primijeni u praksi.

Kraljevsku diplomu, kojom bi se očvidno moglo dokazati da je taj privilegij već davno podijeljen Zagrebačkoj akademiji, ne možemo doduše u ovaj čas pokazati jer ona nije nikada unesena u arhiv Zagrebačkog ravnateljstva nauka. Nju je, kako je opravданo vjerovati, zajedno s ostatim pismenim dokumentima ovdašnjeg kolegija ukinute Družbe Isusove, spremila dvorska komisija, koja je tada bila zauzeta poslom oko njezina ukidanja, i, kako se može nagadati, prenijela na određeno mjesto. Ipak nema nikakve sumnje da je ta diploma stvarno postojala i da je sadržavala sveučilišni privilegij, odobren zajedno s drugim povlasticama ovoj akademiji. To se može lako dokazati svjedočanstvom onih muževa koji su je pročitali i još su živi. No ne bez

poni potest, ejus si non Authenticum Apographum, saltem certa vestigia in Archivo Regni latere debere, quemadmodum ex actis regnicolariibus de anno 1671<sup>o</sup> id erui posse percipimus.

Quanta jam inde, si Universitas Scientiarum cum concernentibus privilegiis atque idoneis emolumenis hic loci stabiatur, in Inlyta haec Regna dimanatura utilitas, quantus Patriae accessurus sit decor, I. SS. et OO<sup>dines</sup> magis perspicient quam ut pluribus id deducere ac demonstrare oporteat. Profecto si praesentes rerum circumstantias, in quibus non modo de amovendis obicibus literarum, sed etiam de solis Patriae civibus ad quaeque munera in his Regnis applicandis serio cogitatur, consideremus, tum illas, quae futurae sunt, tum non tantum illa, quae adhuc sub turcico gemit jugo pars Croatiae, sed etiam regna Bosniae et Serviae, uti ex felici omne, quod hucusque cepimus, augurari licet, recuperata, taliterque haec inlyta regna quasi dilatata fuerint, paululum contemplerunt: ejusmodi Universitatem, ubi domestica pubes remotis omnibus literarum impedimentis, et suppeditatis eas prosequendi mediis, copiosissimo numero confluxura pro diversis in patria obeundis muniis in omnigenis scientiis atque liberalibus artibus erudiatur, in medio sui possidere non modo decorum et utile, sed plane necessarium esse judicamus.

Dum itaque nos velut cives parte qua licet in bonum publicum intentos haec It<sup>is</sup> SS. et OO<sup>diniibus</sup> demisse proponendo, muneri nostro quadamtenus satisfecisse arbitramur, potenti protectioni enixe commendati omni venerationis cum cultu emorimur.

temelja može se pretpostaviti da se u arhivu kraljevine mora kriti ako ne njezin autentični prijepis a ono bar njezini sigurni tragovi, kako doznajemo da se to može pronaći u sa-borskim spisima iz godine 1671.

Kolika će korist za ove slavne kraljevine poteći od toga ako ovdje bude ustanovljeno sveučilište s pri-padnim povlasticama i pogodnim probicima i koliko će se time domovina prodičiti, to će odveć dobro uočiti slavni staleži i redovi a da bi bilo potrebno da to opširnije izlaže-mo i dokazujemo.

Doista, ako uzmemu u obzir sa-dашnje prilike kada se ozbiljno po-mišlja ne samo na uklanjanje za-preka znanostima nego i na namje-štanje samo građana naše domovine na sve službe u ovim kraljevinama, i ako malo razmotrimo i buduće pri-like pa i to da će ne samo onaj dio Hrvatske koji još uvijek jeca pod turškim jarmom nego i kraljevine Bosna i Srbija – kako se po povolj-nom znamenju koje smo dosada za-mijetili može nagovještati – biti os-lobođeni i da će tako ove slavne kra-ljevine biti gotovo proširene, sma-tramo da je ne samo dično i korisno nego i sasvim nužno posjedovati u svojoj sredini takvo sveučilište u koje će se – kad se uklone sve za-preke znanstvenom radu i kad se pribave sredstva za njegov razvoj – domaća mladež stjecati u veoma velikom broju i obrazovati u svim znanostima i plemenitim umijećima za vršenje različitih službi u svojoj domovini.

Stoga, smatrajući da smo ovim poniznim prijedlogom upućenim slav-nim staležima i redovima donekle is-punili svoju dužnost kao građani ko-ji se u dopuštenoj mjeri brinu za opće dobro, živo se preporučujemo vašoj moćnoj zaštiti i do smrti vam izražavamo svako poštovanje i oda-nost.

Inclytorum Statuum et Ordinum  
    Servi humillimi  
Superior Studiorum Director caete-  
        rique  
Professores Regiae Academiae in  
    districtu Zagrabiensi

Datum Zagrabiae die 19<sup>a</sup> Maji 1790.

Adresa: Ad Inclytos D<sup>nos</sup> Status et  
    Ordines Regnorum Dalmatiae,  
Croatiae et Sclavoniae genera-  
    liter congregatos

Slavnih staleža i redova  
    najponizniji sluge  
Vrhovni ravnatelj nauka i  
ostali profesori Kraljevske akademije  
    u zagrebačkom području

Dano u Zagrebu, 19. svibnja 1790.

Adresa: Slavnoj gospodi staležima  
    i redovima kraljevina Dalmaci-  
je, Hrvatske i Slavonije, saku-  
pljenima u Saboru

(Preveo Veljko Gortan)

(F. Fancev, *Dokumenti za naše podrijetlo hrvatskoga preporoda [1790–1832]*, Grada za povijest književnosti hrvatske XII, 1933, 31–32.)